

www.e-rara.ch

Ioannis Ciampini ... opera in tres tomos distributa

Ioannis Ciampini ... de sacris aedificiis a Constantino Magno constructis synopsis historica -
accesserunt eiusdem Ciampini opuscula: de Romani pontificis baculo pastoralis, de lino
incombustibili, sive de lapide amianto, de duobus emblematis musaei Carpinei, de vocis
correctione in sermoni VII. ...

Ciampini, Giovanni Giustino

Romae, 1747

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13791>

[Cap. XXXI - XXXV.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CAPUT XXXI.

*De Basilica S. Agathonici
Constantinopoli.*

IN Dromicam formam, scilicet in quadratum productum in S. Agathonici honorem a nostro Cæsare Augusto Templum ædificatum fuisse Cedrenus, ac Nicephorus narrant. Deinde in augustiorem formam a Justiniano Imperatore excitatum scribit Procopius lib. 1. de Ædif. cap. 5. Anonymus tamen in Manipulo Originum Rerum Constantinopolitanarum, primùm ab Anastasio, deinde a Justiniano renovatum fuisse refert. Hoc in Templo septem Patriarchæ per annos quinquaginta, Episcopalia obivère munera; nec non ibidem Orientis Imperatores mos fuit coronari. Postea verò sub Tiberio Mauricii focero intra Palatium magnum, cui adjacebat, interclusum fuit.

CAPUT XXXII.

De Ecclesia Deiparæ Ἀχειροποίητα.

DEIPARÆ sacratas ædes plures Constantinopoli fuisse, variis diversorum Scriptorum auctoritatibus testatur laudatus Du Cange in dicta Constantinopoli Christiana lib. 4. §. 2. Ea tantummodo describemus, quæ a nostro Imperatore constructa fuisse comperimus. Prima loco citato n. 5. sese offert, quæ sub denominatione Ἀχειροποίητου erat, in qua Beatissimæ Virginis imago Ἀχειροποίητη dicta, scilicet non manu facta, visebatur, quam Græci sic appellabant, eò quia ab ipsius B. Virginis delineatam manu

fuisse arbitrabantur; quæ a Gregorio in Vita S. Basilii Junioris num. 8. ita describitur: *Orationis porrò causà abire volo in Monasterium non manufactæ (imaginis) quam nemo fabricatus est; sed & ipsa Deipara præsens operi, manu suà sui figuram efformavit, in hunc usque diem conservatam, ad eamque proinde multa divinæ virtutis signa sunt, illuc cum fide accedentibus.* Hanc construxisse ædem, Codini auctoritate, Magnum Constantinum, asserit laudatus du Cange.

CAPUT XXXIII.

*De Templo Deiparæ in Π'β Nov, videlicet
in Virgam Constantinopoli.*

ALTERUM eidem Deiparæ Virgini Templum a læpelaudato Constantino in nova Roma ædificatum fuit, cui nomen Π'β Nov inditum, eò quia in eo τὸ Μωσέως ἡ ράβδος, videlicet *Moyssis Virga* fuit reposita, deinde in Palatium Augustus transtulit, ut a Codino narratur. Hanc ego Virgam eandem esse crediderim, quam quæ pluribus abhinc sæculis in Sacrosancta Lateranensi asservatur Basilica, illuc ab aliquo Imperatore dono missa, aut quoquo alio modo translata. De ea fit mentio a Joanne Diacono in libro, qui inscribitur, *De supremo Sanctuario Basilicæ Lateranensis*, quem quingentis ab hinc, & ultra exaravit annis. Ibi enim inter reliquias sub majori Altari conditas hæc eadem enumeratur Virga, notaturque in quibusdam antiquis carminibus Musivo opere expressis, quæ in marmorea extant tabula, olim in abside, nunc verò extra absidem sita;

sita; carmen, quo Virga significatur, sic se habet.

Quæ silicem fregit, & aquas undare coegit.

At hæc uberiori calamo profequutus est Rasponus lib. 1. cap. 10. Templum hoc prope Constantinopolitanæ Urbis muros attollebatur, quâ mare prospicitur, non procul a Sancti Æmilianii porta.

C A P U T XXXIV.

De Ecclesia Deiparæ in Stigmate Constantinopoli.

Tertium hoc Templum in Deiparæ honorem a Magno Constantino constructum fuisse reperimus in Stigmate denominatum. Hoc autem progressu temporis varias vicissitudines expertum fuit. Nam, ut refert Codinus, Justinianus illud renovavit. Postea Basilii Macedonis tempore magno terræmotu collapsum, in splendidiorem, augustioremque formam Basilii ipse restituit. Cùmque eadem Regia Urbs crebris obnoxia sit terræmotibus, iterum Templum hoc terræ fragore, Basilii Bulgaroctono imperante corruit, ut scribunt Scylitzes, & Glycas. Tunc verò in propriis ruinis jacuisse pro certo habendum est, cùm de illius reedificatione nulla penitus reperiatur apud Scriptores memoria.

Par. III.

C A P U T XXXV.

De Templo B. Mariæ, sive S. Theclæ Constantinopoli.

Quanta erga Deiparam Constantini religio, ac devotio fuerit, satis, superque testari possunt quatuor sacra ædificia ab eodem in illius honorem in hac celeberrima, inclytique Orientalis Imperii sede constructa. Horum tria jam suprâ descriptimus, superest quartum, quod τὰ κεν τὰ ῥία dictum fuit, scilicet in Hastis. Cùm verò Deiparæ denominaretur, utpote ei sacrum, Justinus Curopalata vetus S. Mariæ, in S. Theclæ nomen convertit, ut habet Codinus; & Auctor Collectaneorum C. P. idem fortè, quod ab eodem Justino renovatum, scribit Zonaras: Ἐὶ τὸν τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θεκλῆς (ναὸν) ἀνεκίνησε, & Templum S. Protomartyris Theclæ renovavit. Hæc ex Du Cange lib. 4. §. 7. n. 28.

C A P U T XXXVI.

De Ecclesia S. Michaelis extra Constantinopolim in Anaplo, seu Sosthenio, sive Hestis nuncupata.

Hujus Ecclesiæ foundationem satis luculenter Nicephorus libro 7. cap. 50. his describit verbis: Sed & in trajectu, & in loco eo, qui Sosthenium vocatur, Ecclesias duas Archangelo Michaeli extruxit: in quibus splendide exornandis, ad Imperialem magnificentiam nihil omisit. Mibi verò molestum non fuerit Historia huic inserere earum structurarum causam, & unde loco ei Sosthenii nomen sit impostum.